

ABSALON ARCHIPRAE^SV^L LVNDENSIS DANORVM.



Absalon magna pietate & eruditione cōspicuus fuit. Itaq; omnium procerum cōsensu Archiepiscopus Danorum Lundēsis electus est, anno Christi 1180. Huius uirtutes excellentissimæ fuerūt. nam religionis administrationem summa diligentia suscepit, atq; pacem ubiq; conseruare studuit. Itaq; Vualdemaro magno regi Danië gratissimus fuit, qui etiam eum in rebus maximis unicum consiliarium adhibuit. hinc factum ut Absalon singulare ornamentum patriæ extiterit, cuius memoria in Danorum historia celebratissima existit. Ioan. Sax. lib. 14. 15. & 16.